Giebultowski Parentem Suam Quietat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitalibus Praemysliensibus Generosus Stephanus de Kodzieglowy Giebultowski sanus mente et corpore existens. A terris Toro distinctis iuribus iurisdictionibusque suis quibus proprijs & competentibus recedens praesentibus vero Castrensibus Capitalibus Praemysliensibus iurisdictioni se cum posteris ac bonis suis gloriosis cuiuslibet totaliter ac plenarie quoad actum praesentis recognitionis attinet totaliter ac plenarie incorporando & subiciendo palam publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generosam Annam de Walkanow Parentem suam de Inscriptione Roboratoria terrae Praemysliensis per eandem Generosam Parentem suam in rem sui Regentis recognitam tum de eodem ipso scripto manuali in personam sui Regentis per praefatam Parentem suam ratione certarum rerum et conditionum ibidem contentarum de actu et data illius Praemysliae feria tertia post festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris in anno 164. Septimo confectum cum subscriptione manus propriae Parentis et interpositione Vadij quindecim Millium florenorum polonicalium ob realem eiusdem scripti satisfactionem quietat et liberam pronunciat perpetuo hoc idem scriptum cum ipsius roboratione in toto et totam cassat mortificat et annihilat sibi et suis posteris ratione praemissorum perpetuum imponendum silentium

G. Giebultowska ab renunciat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitalibus Praemysliensibus Generosa Judyth Giebultowska Generosi Albrachti Kempinski consors cum eiusdem manu [illegible]